

CAVALCATA  
SIVE  
DE SERVITIIS  
Vassallorum.

TRACTATVS, pacis, ac belli tempore  
utilis, & necessarius.

AUTHORE ANTONIO BORRINIO I. C.  
Et in almo Taurinensi Gymnasio, olim feudorum,  
ac inde Pontificij iuris interprete.

AD SERENISS. CAROLVM EMANVELEM  
Allobrogum Ducem, Italiaeque Subalpinae Principem.

CVM PRIVILEGIO.



AVGVSTAE TAVRINORVM.

Apud Io. Baptistam Beuilaquam. M. D. XCV.

S E R E N I S S I M O  
CAROLO EMANVELI  
ALLOBROGV M D V C I,  
ITALIAE QVE SVBALPINAE  
PRINCIP I, &c  
*Antonius Borrinius, Felicitatem.*

**C**V M primū contigit superioribus  
mensibus apud Celsitudinem tuā (CA-  
ROLE Dvx SERENISSIME) de  
studiorum meorum in hanc tuam Uni-  
uersitatem meritis agi per viros sapien-  
tissimos; illud statim in animum consilij venit, ut nihil  
mihi antiquius negotij constituendum putarem, quām  
si rationem ipse initem confirmandæ aliquo pacto, &  
amplificandæ opinionis, quam de me apud Celsitudi-  
nem tuam, vel præcipua tua benignitas, vel tantorum  
Patrum authoritas potuit concitare. Nihil autem in  
eo meritorum genere opportunius visum fuit, quām si  
partem lucubrationum mearum CAVALCATÆ,  
sive DE SERVITIIS VASALLORVM tracta-  
tum publicis scriptis committens, augusto nomini, ac  
numini tuo dicarem: opus vt potè exte, & tu is in om-  
ne ævum prædicandis splendidissimis, ac sanctissimis  
gestorum monumentis, tunc primū ortum, cùm sa-

# CAVALCATAE

S I V E

## DE SERVITIIS

Vassallorum.

P A R S P R I M A.

*De seruitijs in genere, differentijs, & causis eorum. Et Caualcata quid sit.*

C A P . I.

**S**ERVITIUM iure feudi deberi, & præstari, non uno in loco repetitum legimus in libris nostris feudorum, & nemo non intelligit, vel ipsa duce, & magistra rerum, experientia, ex qua præstò esse vassallos in opportunitatibus seruitijs. ferendis omnes norunt ; præsestitum vero in expeditiōnibus, & belli tēpore, quippe quod in bello potissimum vassalitica seruitia præstanda sunt cap. Domino guerram faciente tit. hic finit. lex dein. consuet. Regni incip. tit. de vass. mil. qui ar. bell. depos. in rubro & nigro. & tit. de feu. si. cul. non amit. in principio. & alibi sèpè. Et quemadmodum militum munus armis tractandis, & ad bellorum necessitatem inventum & constitutum dicitur. l. milites. C. locati. l. fin. C. de iure deliber. & passim in ff. & C. tit. de re milita etiam vassallorum seruitium, & munus præcipuum in bello, armisque tractandis impenditur d. cap. Domino guerram faciente : & non nisi ei, qui militare possit regulariter feuda tribuuntur tit. an manus vel al. imperf. feud. retin. & d. tit. de vass. milite. qui ar. bell. depos. & tit. de lege Conradi. §. similiter ob

obs. V

A

idque